

Kapsel 78 N 12 [152] 20
X 3808353

DAMAETAS
SIVE
ECLOGA GAMICA
QVAM
IN HONOREM
VIRI PERQVAM REVERENDI
D O M I N I
JOANNIS GOTTLIBII
GERHARDI
APVD SCKEVTBARIENSES
NOVI
ET MYSTAE
ET MARITI
IPS. NON. FEBR. A. O. R. MDCCXXVI.
AGRESTI CALAMO
LVSIT
GLACIANVS.

LIPSIÆ
LITERIS IMMANVELIS TITIL



Kapsel 78 N 12 [152]

AK

TEmpus, Amice, monet, gamicum meditabere carmen,
In thalamos nam lecta meos mihi ducitur Uxor.
Talia scribebas pridem, Reverende Sodalis,
Prævia pollicitis faciens hortamina nostris.
Sic igitur pastoris habet quia nomen uterque

Nostrum, quin pariter colimus quia dulcia rura,
Rustica non indigna meo sit carmine Musa,
Quam Codrus nuper modulatus & Alpheiboëus,
Fama propinqua tui cæneret cum fœdera lecti;
Ambo pastores, apti quoque versibus ambo.

Sic etenim alternis dicebant vocibus illi,

Et sua tentabat flavus primordia Codrus:

C. Alpheiboëe tui gregis es qui fidus amator,
Huc ades, & mecum quereu hac requiesce sub alta,
Namque novi est aliquid, tibi quod narrare paratus.

A. Codre mihi quovis nunquam non carior agno,
Incipe, nec mora sit, mihi dicere, ego auribus adsum.

C. Ergo age mentem adhibe, sileat tuus ille Melampus,

Foris læta simul quæ sunt tibi, nuncia dicam.

Nempè meas nuper (credas mihi) venit ad aures,

Linquere Damatam gelidos sine conjugè lectos,

Viciniq; aliquam pastoris ducere natam.

A. Ducere Damatam? Damatas qualis at ille

Et quis erit? nostris nonne est qui pascit in arvis?

Pectore qui fido nostrum conjunctus utriq;?

C. Sic est, Alpheiboëe, tuus, tuus ille fidelis

Damatæ, multis tibi qui bene cognitus annis.

A. Ille mihi dudum certe est te notior ipso,

Scilicet iste gregum pastor, bis quatuor illa

Agmina qui cogit numerosa, ubi proxima surgunt

Delubra ærio metuenda cuspide coelo.

C. Ille, simul teneros generosa qui indolis agnos

Antea nobiscum lapidosam Martis ad urbem

Pectore sollicito patria tellure regebat.

A. O! quoties misso grege tunc convenimus ambo

Argutas inter volucres, & barbara late

Murmura ranarum, apricasque sefellimus horas.

C. Illum laudavit Philyre formosa puella,

Viderat hunc: quoties juvenem sub Plifidos umbris:

Pastores inter celebres, non ultima, dixit,

Inter custodes ovium tu gloria quondam.

A. Nec vates ea falsa fuit, sic novimus ipsi.

Ingenuam ille pio servat sub pectore mentem,

Nec minus & magni est penes hunc reverentia Panis.

Ille potens calamo præstantes ludere versus,

Et resonare docens curvis in vallibus Echo.

C. Ille simul novit loca plena salubribus herbis,

Atque paludosis contemnere gramina campis.

A. Ille lupos didicit stabulis arcerè rapaces,

Pellere & informes truculentis unguibus urfos.

C. Ille graves pecudum morbos curare peritus,

Sanæque lanigeras hortari ad pabula matres.

A. Ille hoedos revocat, si quos vagus abstulit error.
 Et quoties fiffos exurit Sirius agros,
 Blanda perit riguos, ovium folamina, rivos.
 Felicem o! igitur fic terque quaterque puellam,
 Damata licuit tandem cui nubere nostro.
 Codre fed est quamam nova nupta hæc? nomina nondum
 Nota tibi? num fufca Phlœe, num candida Nais?
 C. Est ea ruricolæ paftoris filia, dixi,
 Pingvia cui nomen natale alneta dedere,
 Matri quæ folito Phicale de more vocatur,
 Et loca Canuti veteris nemorofa frequentat,
 Sola domi reliqua est dilectæ cura parentis.
 A. Cafta hæc est Phicale, Phicales peramabile nomen
 Nefcio qua magna ducit dulcedine cunctos.
 Aft fuit hæc quamam, Damata occasio nostro?
 C. Vidit & incaluit, nam cerera fponde fequuntur!
 Nec deerat Corydon, Corydon quia pronubus ipfe est!
 A. Omnibus hæc fumma fertur cum laude puella.
 C. Sapius hanc vidi patriam procumbere ad aram,
 Verbenasque pias crepitanibus indere flammis.
 A. Blandum Nifa videt, calthisque fimillima Doris,
 Illa fed ambabus rofeo præftantior ore est.
 C. Illa novum didicit verbis mulcere maritum,
 Oraque blandiloquo crebrius præfare fufurro.
 A. Illa domi varias inter quoque fedula curas
 Grata parere valet bene olentis dona culinæ.
 C. Illa fimul pecorum mores & ruftica jura
 Callat, & explendis accommoda tempora ftulcis.
 A. Illa docet famulas iuffis accedere mulftris
 Dulcia & exprefsi formare coagula lactis.
 Digno digna viro Nympha eft, oviumque magiftro,
 Ambo pares animis, annisque virentibus ambo.
 C. Certe ego nunc memini, tales mihi nuper amores
 Prædixit facra focalis ab ilice turtur.
 A. Nec comperta minus mihi præluferè fub illo
 Omina myrreto nuper, cum Phyllida Faunus
 Duceret ad choreas alterno calce protervus.
 C. Ergo age nos pariter Damata gaudia noftri
 Aethere fub patulo fefto celebrabimus aufu.
 A. Fas erit & meruit, quia plenus Apolline quondam
 Teutonico noftras cantavit carmine redas.
 C. Tu calamos refonare leves, ego turgida capri
 Tergora confvetos faciam modularier hymnos.
 A. Ipfâ falicta ftepunt, annoſaque conſonat alnus,
 Pronaque glandifera gratatur ab arbore cornix.
 C. Dicite rite novum mea carmina dicite Sponſum.
 Qualiter Arcadiis Pan ipſe Syringa fub umbris
 Arferat, æquoreus nitidamque ut Naïda Glaucus,
 Sic Phicalen favis Damatas ignibus ardet,
 Succenſoque pias nutrit fub peftore flammæ.
 A. Dicite rite novam mea carmina dicite Sponſam.
 Qualiter alma Cypris dilexit Adonida quondam,

Et Galatea suum velut est amplexa Menalcam
 Damatam Phicale castro sic urit amore.
 C. Dicite rite novum mea carmina dicite Sponsum
 Quot meus hirsuto maculas fert tergere Lelaps,
 Et villos quot habet caprae barbatus amator,
 Tot quoque Damatas felices exigat annos
 Cum Phicale, & verna thalamus sit mollior herba
 A. Dicite rite novam mea carmina dicite Sponsum
 Quot corylos passim nemora inter Cresfia cernas,
 Quot pinus strobilos generat viscosa, quot ingens
 Populus explicitos viridi fert tempore ramos,
 Tot Phicale dulces cum Coniuge tranfigat horas
 C. Dicite rite novum mea carmina dicite Sponsum
 Cum redeunt gelido boreales axe Novembres,
 Tempora & altilibus nimium feralia gaudis,
 Tempora Damatae sient laetissima nostro,
 Nomina ubi primum referet dilecta parentis
 A. Dicite rite novam mea carmina dicite Sponsum
 Tempus erit, cum vesca cadunt mihi mespila silvis,
 Primaque nix graciles abiget de rure capellas,
 Mitis opem Lucina feret, Phicalenque levabit
 C. Ducite rite novum mea carmina ducite Sponsum
 In thalamos sine lite suos, namque Hesperus aequor
 Deserit, & veniunt speratae tempora noctis,
 Virgineumque ferat Damatas letus honorem
 A. Ducite rite novam mea carmina ducite Sponsum
 In thalamos sine lite suos, nam dulcia somnum
 Lumina deposcunt, flores & ferta valet.
 Sentiat amplexus, ac imperterrita priscum
 Marris ad exemplum Phicale sua gaudia carpat
 C. Pone leves calamos, namque est satis, Alpheiboeae
 Et mecum nunc coge pecus, nox atra propinquat
 A. Tu sinas exuvias hirci suspende canoras,
 Arque faces tiliae dictas incide virenti
 Damatae interea ventii referatis ad aures,
 Quicquid in agresti juvit cantasse cicuta
 Talia pastores. Sic Codrus & Alpheiboeus
 Lufere, inque suos seffi rediere penates.
 Non Tibi displiceat, nove Mi Gerharde Marite,
 Foedera bucolico dixisse jugalia versu,
 Tadia nec simplex moveat quoque copia fandi,
 Sic etenim pecudum mos est custodibus ille.
 Nec minus heroas simili modulamine redas
 Concinuit quondam, genuit quem Mantua, Vates
 Candida fors thalamum niveis circumvolet alis,
 Oculaque interea mortuus mentita tenaces,
 Figite mellifluis tacito sub murmure labris
 Vivite longaevo moestis sine nubibus annos.
 Ite, intrate thoros. Deus hanc Deus otia fecit.

() o ()
 A. Thalictrum flavum
 C. Thalictrum flavum

VD 18



Kapsel 78 N 12 [152] 00
X3008353

DAMARICA
ECI
IN
VIRI PER
D
JOANNIS LIBII
GER
APVD SCHE
N
ET M
ET MA
IPS. NON. FEBR. A
AGRESTI C
LVSIA
GLACIA



Kapsel 78 N 12 [152]

AK

